

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLVI.

VD18 90528921

Illustration: Tab. 42. lynx seu Troguilla. Windhals Krimz [...].

urn:nbn:de:gbv:45:1-11068

Tab: 42

Iynx seu Troguilla.
Windhals Krimz.



Iynx Congener.



Passerculus Troglodytes.
Zinschlupffle.



Regulus. Zinkönig.



Certhia.
Barchengel.



Merops Congener.



Passer Troglodytes Armeniacus.

Merops.
Imbenfras.



Hirundo riparia.
Wasserschwalb spär.



Hirundo agrestis.
spär schwalb.



Passer Troglodytes Bellonij.

Hirundo.
Haus schwalb.



Vpupa.

Widhopf.



Apus. Geijr schwalb. Kirchenschwalb.





Vetus.
b. Arif.
Al. 8. c.

Genera
tio.

Vex.

c. Arif.
H. A.
c. 11.

Vescuntur b uermiculis, quorum nomine muscae, formicae, cosfiet *Al. 8. c. 3.* similia insecta intelliguntur. Muscis adeo ingurgitari quidam dicunt, ut aliquando de uita periclitentur.

*Genera-
tia.* Bis anno pariunt et oua septem aut sex pisorum ponunt magnitudine. *Volant* solitariae et aliqui post migratices recedunt.

Vox. Vox ipsorum zinzulare, ut auctori Philomelae placet. Magni et sicci in hyeme frigoris tempore praecipue cantant. Paruitatem corporis ingenii solertiae in ipsis natura pensauit. Ausu enim magno contra e aquilam pugnare conantur. *c. Aristot.
H. A. l. 9.
c. 11.* Cum se proxime quasi manu capiendas obrulerint, casu hominis conatu profugiunt. Multi uno specu in hyeme conduntur, ut paruus in tam minimis corporibus calor societate augeatur. Cum in ueruculo igni adponuntur, tametsi nemo uertat, tamen per se conuertuntur, scilicet, ubi ea pars, quae igni obuersa fuit, asfata est, altera, quae non est asfata, quia grauior, descendit. Motu insolito et cantu, quamuis suaui, gestientes, quia ariduli uaporosum aerem plausibiliter

excipiunt et aduentantem humiditatem, qua refocillantur, implorant, pluuias adfuturas denotant. Eaedem ingruunt, Arato teste, si caua terrae subierint. Vnde florico- *Aratus in
Phaeno-
menis.* mis hymenaeis in festos dixit Auienus, quia isti sereno coelo gaudent.

Datur et alius REGVLVS NON CRISTATVS, qui quandoque in agro Bononiensi capitur. Similis hic, cristam si excipias, superiori regulo. Rostrum eigracile, oblongiusculum, saturimo atro colore resplendens, interna capacitate et utraque mandibula, una cum linguis rubicundis. Vertex, collum, dorsum colore Baetico ad flauum nonnihil uergente. Oculi nigrescentes, quos plumae cinereae ambiunt. Alae et cauda exteriori superna superficie ex fusco ad spadiceum uergunt. Pectus, alae internae ac supremae caudaeque inferioris initium sunt flaua. Postici digiti unguiculus omnium est maximus, digitus a medio anticorum magnitudine secundus, duo caeteri antiqui minores et aequales inter se sunt. Macula alba, quam cristatus habet, in hoc non conspicitur.

CAPVT. VI.

De Passere Troglodyte et Asilo Aue.

Passer troglodytes, quem Aetius *σιλιπτιδα* uocat, etsi multo minor regulo, quod hic pluribus pen- nis uestiatur, adpareat, duplo tamen plus carnis possidet. *Rostrum* habet longiusculum, acutum, superne fuscum, inferne albidum *lingulam* admodum exilem, bifidam continens. Ventrem, collum ac dorsum ex fusco ad spadiceum incli- nante uestitum. Pectus cinereum. Caudam semper subrectam et albo colore interpunctam. *Vidit* uermiculis. *Nidum* saepius in syluis, aliquando in posticis aedibus et stabulis stramine rectis iuxta parietes domuum et sepes ex musco foris, ex plumis intus construit. Oui is erecti et in altero suo sine consi- stentis formam habet, in medio

latere ostiolum. Per hoc ingreditur et egreditur. Bis anno parit et oua nouem uno tempore deponit. *Volat* solus, nonnunquam gregatim, semper breuiter et, quoties aliam sui generis offendit, eam adgreditur. Mira ipsi, *cantus* inprimis, si cicuratur, (cicuratur difficulter) suauitas, quem Maio paesertim, saepe hyeme exercet. In festo triumphum cum omnibus, quos eo anno educauit, pullis cantillare Galli fabulantur. Cinis in puluerem exustitur. Cerebellum in diasatyrion recipitur.

Quem Bellonius pro *passere troglodyte* quemque Galli *fayette ronse* a colore fuluo uocant, ponit, *rusticillae* admodum est similis, paulo uero